



## **Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio**

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt  
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

A Clemente XI. Ad Benedictum XIII.

**Luxemburgi, MDCCXLI.**

70. Universis, & singulis &c. Monitorium die 17. Maii 1719. expeditum  
contra Antonium Bontempo assertum Fiscalem Curiæ Abbatialis S.  
Benigni, Dominicum Ruffina, Georgium ejus Filium, & Ignatium ...
- 

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74859](#)

& Constitutionibus Apostolicis, & præsertim in Bullâ die Coenæ Domini quotannis legi, & publicari solita contentas damnabiliter incurriendo. Fuiimus proinde pro parte, & ad instantiam supradicti Illusterrimi Domini Gaspari Turchi Sanctissimi Domini Nostrî Papæ, & Reverendæ Camerae Apostolicæ Commissarii Generalis instanter, & debite requisiti, quatenus sibi in præmis- sis de opportuno juris remedio providere, ad sententiam scilicet declaratoriam nullitatâ omnium, & singulorum à præfato asserto Judice Victorio Amedeo Trona haec tenus gestorum, ac in futurum, ab ipso, sive aliis quibuscumque similibus Usurpatribus iniquè gerendorum devenire, Literasque monitorias contra eundem Victorium Amadeum ad personaliter vel legitiâ comparendum decernere, & concedere dignaremus. Nos itaque petitioni hujusmodi tanquam justæ, & rationi consonæ annuentes, vigore præsentium, nulla; irrita, inanis, nulliusque roboris, & momenti juxta Sacrorum Canonum, Conciliorum, & Apostolicarum Constitutionum statuta declarauimus, ac publicè denunciamus omnia, & singula per dictum assertum Judicem usque nunc de facto, ut præmititur; gesta, ac in futurum, etiam ab aliis gerenda, Literasque monitorias contra eundem, ut petitur, decernimus, & relaxamus. Quocirca vobis omnibus, & singulis supradictis, & velstrum cuilibet in solidum tenore præsentium committimus; & in virtute Sanctæ Obedientia strictè præcipiendo mandamus, quatenus statim visis, & recepitis præsentibus, & postquam præsentium vigore fueritis requisiiti, seu alter vestrum requisiitus fuerit, ex parte nostra, immo verius Apostolicâ autoritate supradictum Victorium Amadeum Trona moneamus, citetis, & requiratis, ac moneri, & requiri faciatis, eidemque præcipiat, & mandetis, prout Nos eundem harum serie citamus, monemus, & requirimus, eique præcipimus & mandamus per præsentes primo, secundo, & tertio peremptorio termino; quatenus infra quadraginta quinque dierum spatium ab executione præsentium computandorum, quorum quindecim pro primo, alios quindecim pro secundo, & alios quindecim pro tertio, ultimo, & peremptorio termino, ac tria Canonica mitione affignamus, & vos affignetis, debeat Româ coram Nobis personaliter, vel legitiâ compariisse, & comparere ad deducendum, & allegandum causam quare non debeat in omnes, & singulas censuras, & penas in Sacris Canonibus, Conciliis, & Constitutionibus Apostolicis, & præsertim in Bullâ in die Coenæ Domini quotannis legi, & publicari solita contentas, inflictas, impositas, & comminatas incidisse, & incuruisse declarari, & contra eum literas declaratorias quacumque desuper necessarias, & oportunas decerni, & relaxari. Certificantes eundem Victorium Amadeum Trona sic monitum, requisitum, & citatum, quod si in præsentis Monitorii termino non comparuerit, seu comparete neglexerit, vel distulerit, Nos nihilominus ad declaratoriam sententiam incursum in censuras, & penas predictas, illiusque executionem inclusivè, prout Juris fuerit, per Contradiccas, vel Edictum publicum procedemus, ejus contumacia, vel absentia, & aliis quibuscumque non obstantibus. Et cum excessus prædicti patrati fuerint, & sint in jurisdictione, & Territorio Abbatiali Sancti Benigni, & valde notoria sit violenta occupatio jurisdictionis Sedis, & Camerae Apostolicæ, quoniam nihilominus ad supererogationem comprobata remaneat, cumque pro præsenti nostro Monitorio exequendo tuus non pateat accessus ad personam executionem faciendam, propterea vo-

lumus, & authoritate nostrâ decernimus hoc idem Monitorium contra prænominatum Victorium Amadeum Trona per affixionem, & dimissionem ejus copiarum ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum S. Petri in Vaticano, & Magnæ Curiae Innocentianæ, nec non ad valvas Ecclesiæ Terrarum, & Locorum Abbatalium Sancti Benigni exequi, & publicari, quo sit exequuto, publicato, & in actis infra scriptis nostri Secretarii legitime reproducere, ita eundem monitum arctare, & adstringere perinde valeat, ac si personaliter, & magis legitimè executum foret, contrariis quibuscumque non obstantibus. In quorum fidem &c. Datum Româ ex Magnâ Curia Innocentianâ hac die 29. Septembris 1716.

Jo. Cardinalis Pattius Pro - Thesaurarius Generalis, & specialiter Delegatus.

Jo. Antonius Tartaglia R. C. A. Secr.

Die 10. Aprilis 1717. Elapsis termino in antedicto Monitorio præfixis, atque servatis de stylo Curie servari solitis, lata, & publicata fuit contra prefatum Victorium Amadeum Trona contumacem Sententia declaratoria incursus in omnes, & singulas censuras, ac penas in eadem Monitorio contentas, & communicas.

Eademque die decreta, relaxata, typis impressis & consuetis locis Urbi affixa fuit publica Schedula - Cedoloni - nuncupata, qua idem Victorius Amadeus Trona univisis Chriftidelibus denunciatus fuit excommunicatus vitandus, ac in eventum privatus Ecclesiastica sculptura,

## M O N I T O R I U M

VII.

Die 17. Maii 1719. expeditum contra Antonium Bontempo assertum Fiscalem Curiae Abbatialis S. Benigni, Domini unius Ruffina Georgium ejus filium, & Ignatium Bontempo Justitiæ Executores ob læsum Immunitatem Ecclesiasticam, ac violatam jurisdictionem, & Authoritatem Sanctæ Sedis Apostolicæ.

Carolus Collicola Protonotarius Apostolicus Sanctiss. Domini Nostrî Papæ, & ejus Reverenda Camerae Apostolicæ Pro - Thesaurarius Generalis, & quorumcumque Spoliorum, & Jurium Abbatarum, & Beneficiorum Ecclesiasticorum vacantium in tota Italia Collector Generalis & specialiter à Sanctissimo Domino Nostro Papa Delegatus.

Universis, & singulis RR. DD. Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Archidiaconis, Scholasticis, Cantoribus, Custodibus, Thesaurariis, Sacristis, tam Parochialium, quam Collegiatatum Rectoribus, seu earundem Plebanis, Vice-plebanis, Curatis, & non Curatis, caterisque Presbyteris, nec non Clericis, & Tabellionibus quibuscumque, illiusque, vel illis, ad quem, vel ad quos præsentes nostræ literæ pervenerint, seu quomodolibet prætentabuntur, salutem in Domino &c. Noveritis fuisse nuper coram Nobis conparitum pro parte, & ad instantiam Illusterrissimi D. Joannis Caroli Piancastelli Sanctissimi Domini Nostrî Papæ, & Reverendæ Camerae Apostolicæ Commissarii Generalis omni meliori modo Principalis, & præviis probationibus assumptis expositum, & deducatum, quod præter ea, quæ Administrari Laicæ Potestatis Taurimensis contra Immunitatem Ecclesiasticam attentarent,

& in aliis nostris Monitoris literis contemporaneis expeditis expressa leguntur, alia quoque ab eisdem, ceterisque nominandis perpetrata fuerunt. Accessit enim die 2. Junii anni 1718, ad locum Fœceti jurisdictionis vacantis Abbatia S. Benigni Antonius Bontempo assertus Fiscalis Curia Abbatialis, qui utens usurpatâ autoritate improbè sibi collatâ per Taurinensem Potestatem pluribus armatis Hominibus cum comitantibus, nempe Dominico Russina, Georgio ejus filio, & Ignatio Bontempo Justitia Executoribus, nonnullisque Militibus insecurus fuit Joannem Avenatum prætentum delinquentem, in quem ed tunc fugientem idem Birruarii, & Milites plures archibusitas exploderunt, ipsumque lethibus vulneribus sauciarunt, qui tamen sic vulneratus ad Ecclesiæ Parochiale confugit. Verum præfatus assertus Fiscalis Antonius Bontempo dedit in mandatis eisdem Justitia Executoribus, ac Militibus nondum notis ut janus dictæ Ecclesiæ obsideant, prout illico Homines præfati janus illius Ecclesiæ, ne cuiquam in eam ingressus, vel egreditus ab ea peteret, sub cautâ custodiâ tenuerunt usque ad sequentem diem tertiam dicti mensis Junii, qua dictus Joannes Avenatus omni humano auxilio destitutus causâ receptorum vulnerum ex hac vita in eodem immuni loco decepsit: Eamdemque custodiâ usque ad aliam sequentem diem continuavit in maximam injuriam, & contemptum Ecclesiasticæ Immunitatis, rebusque aliis; prout ex Procesu desuper constructo, ad quem &c. singulis singulis &c. super quibus &c. Quamobrem ad Infantiam, & pro parte dicti Illusterrimi Domini Joannis Caroli Piancastelli Commissarii Generalis fuiimus instanter, & debite requisiit, quatenus de opportuno iurius remedio providere, & monitoriales literas extra Romanam Curiam, & ad Partes ad legitimè comparendum decernere, & concedere dignaremur. Nos igitur Carolus Collicola Pro-Thesaurarius, & Judex Delegatus sedulè spectantes eam execrabilè lassionem Ecclesiasticæ Immunitatis, per excubias militares ante fortes Ecclesiæ, ut præmititur commissari, proindeque attendentes requisitionem hujusmodi Nobis factam fore, & esse justam ac ratione consonam, cumque iusta petenti non sit denegandus assensus, prædictas literas monitorias contra delinquentes concedendas fore, & esse duximus, & per præsentes mandamus. Quocirca commitimus, & in virtute Sanctæ Obedientie stricte præcipiendo mandamus vobis omnibus, & singulis, ac vestrum cuiilibet insolidum tenore præsentium, quatenus visi idem præsentibus &c. supradictos Antonium Bontempo assertum Fiscalem Curia Abbatialis, Dominicum Russina, Georgium ejus filium, & Ignatum Bontempo Justitia Executores citatis, moneatis, & requiratis ac moneatis, citari, & requiri faciatis, prout nos eisdem, & eorum quemlibet harum serie citamus, moneamus, & requirimus, quatenus infra sexaginta dierum spatum ab executione præsentium computandum, quorum viginti pro primo, alios viginti pro secundo, & alios viginti pro tertio, ultimo, & peremptorio termino, ac triñā canonice monitione assignamus, & vos assignetis, debeat, & ipsorum quilibet, prout eos tangit, debeat Romanæ coram Nobis personaliter, vel legitimè comparuisse, & comparere ad deducendum, & allegandum causam, quare non debeamus ipsos, & eorum quemlibet in omnes, & singulas censuras, & penas contra prædicta, & similia committentes in sacris Canonibus, Conciliis, & Apostolicis Constitutionibus contentas, inflatas, impositas, & comminatas incidisse declarare, & contra eos, & illorum quemlibet literas declaratorias quacunque desuper necessarias, & op-

portunas, decerni, & relaxari, deque eorum Innocentiâ, si quæ sit, legitimè docuisse, præsentique nostro Monitorio omnino paruisse. Certificantes eisdem Antonium Bontempo, alsoque predictos sic citatos, & monitos, quod si in dicto termino ipis prefiso legitimè non comparuerint, vel aliquis ipsorum non comparuerit, Nos nihilominus ad ulteriora ad declarationem scilicet incursum pœnarium prædictarum usque ad sententiam, illiusque executionem inclusivè, prout juris fuerit, per Contradicâ, vel Edictum publicum procedemus, eorum contumaciâ, vel absentia, aliique quibuscumque non obstantibus. Et cum, ut notoriū est, non sit tutus accessus ad effectum personaliter citandi omnes, & singulos in præsenti Monitorio nominatos: Proinde volumus, quod præsens Monitoriorum contra omnes in eo expeditum, ac executum mediante affixione, & dimissione ejusdem copiarum ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum S. Petri in Vaticano, & Magnæ Curia Innocentianæ, nec non ad valvas supradictæ Parochialis Ecclesiæ loci Fœceti, ita eisdem monitos, & eorum singulos arctet, & adstringat perinde, ac si personaliter, & magis legitime executum foret. Contra illas quibuscumque non obstantibus. In quorum fidem &c. Datum Roma ex Magnâ Curiâ Innocentianâ Anno à Nativitate D. N. Iesu Christi millesimo septingentesimo decimo nono, Indictione duodecimâ, die verò decima septima mensis Maii, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Clementis Divinâ Providentiâ Papæ XI. anno decimo nono.

Carolus Collicola Pro-Thesaurarius, Collector Gen., & Judex Delegatus.

Antonius Cajetanus Frofius R. C. A. Sec.

Die, Mense, & Anno, quibus supra; supradicta litera Monitoriales affixa, & publicata fuerunt ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, Magnæ Curia Innocentianæ, ac aliis locis consuetis Urbis per me Franciscum Baldum Apostolicum Cusorem.

Joannes Triphellius Magister Curs.

## MONITORIUM

Die 17. Maii 1719. expeditum contra Adovatum Victorium Amadeum Trona assertum Judicem temporalis jurisdictionis Abbatia S. Benigni, Notarium Vincentium Ferretum, Dominicum Russina, Georgium ejus filium, & Andream Fresia Birruarios, N. Fratrem d. Advocati Trona, N. Officiale Milium, Notarium Franciscum Antonium Josephum Umberto, & assertum Fiscalem Antonium Buontempo per lassam Ecclesia sticam Immunitatem, & turbatam jurisdictionem locorum ejusdem Abbatia ad S. Sedem Apostolicam, Summumque Romanum Pontificem pertinentem.

Carolus Collicola Prothonotarius Apostolicus Sanctiss. Domini Nostri Pape, & ejus Reverenda Camera Apostolica Pro-Thesaurarius Generalis, quorundamque Spoliiorum, & Jurium Abbatarum, & Beneficiorum Ecclesiasticorum vacantium in tota Italia Collector Generalis, & specialiter à Sanctissimo Domino Nostro Pape Delegatus.

Universis, & singulis RR. DD. Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Archidiaconis, Scholasticis, Cantoribus, Custodibus, Thesaurariis, Sacristis, tam Parochialium, quam Collegiarum Rec.